PIÈCES JUSTIFICATIVES

I

1130. — *Arrangement entre l'abbé de Vézelay et l'abbé de Prémontré, relatif aux terres de Bonneuil et aux dixmes de Golancourt.*

Venerabili domino confratri et amico Hugoni, Dei grâtia Premonstratensi abbati, atque sancte ejusdem ecclesie capitulo, Gérardus Vizeliaciensis abbas et universus ejusdem loci conventus : salutem et orationum suffragia.

Transmutationes quas ecclesie invicem pro bono pacis et sine detrimento eorum frequenter faciunt, tanto debent in posterum esse firmiores, quanto rationis et utilitatis consideratione, sunt fortiores. Pro vitando igitur seditionis scandalo et discordie seminario, quod non nunquam religiosis etiam parit obprobrium, de communi consensu in perpetuum dimitimus et renunciamus illi juri et redditibus quos prior abbacie de VILLARIS SILVA et domus sibi commissa habent in territoriis atque culturis fratrum nostrorum de BONO OCULO (1), et duobus modiis frumenti quos pro sede molendin de CHANESIACO (2) predicti fratres quotannis solvere debebant. Sicut inter vos et dilectum fratrum nostrum Bartholomeum predicte abbacie priorem bona fide contractum et ordinatum est. Vos quoque in perpetuum dimittitis et renunciatis

(1) Alias BONOLIO.
(2) Canisy, dépendance d'Hombleux (Somme).

toti decime terre nostre de GUOSLENCORT. que recepit semen XII^{m} modiorum.

Ut autem hœc transmutatio perpetuam utramque optineat firmitatem, presens scriptum ex inde factum sigillorum nostrorum munimine confirmamus. Ex parte vero nostra chartam similia dicentem et continentem atque sigillatam, habere debemus.

Actum est hoc Vizeliaci. Anno ab incarnatione Domini M° C° et XXX°.

Charte sur parchemin aux Archives de l'Oise, fonds Prémontre. — Sceau ogival d'environ 60 c/m. Fragment représentant l'abbé debout tenant un livre (?) Légende détruite.

II

1135. — *Transaction entre les abbayes de Prémontré et de Vézelay, au sujet de possessions sises à Bonneuil.*

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis, Albricus gratia Dei Vizeliacensis *ecclesie minister*, et *Hugo* eadem gratia ecclesie qui dicitur *Premonstrata* sub patris nomine servus. Notum fieri volumus tam presentibus quam futuris quod fratres premonstrate ecclesie qui commorabantur in curia qui dicitur Bonoilus, acceperunt ab *Urrico* qui dicebatur Gloriosus, quandam terram pro annuali censu decem nummorum et dimidii modii de frumento, quam ille habebat de feodo *beate Marie Magdalene de Villeirselce*. Quia vero inter fideles caritas nescit minui sed augeri laborat ; ut hoc factum confirmaretur in melius, convenerunt predicti fratres cum domino *Machario, priori de Villeirselve* et *suis monachis*, sub attestatione fidelium utriusque ecclesie amicorum inferius subscriptorum, ut preter hoc quicquid allodii habebat ecclesia beate Magdalene inter metas et fossata predictorum fratrum Bonolii, cambirent preterea quam habebat ecclesia premonstrata ad Gollencurt, terram videlicet *Emeline* et campum unum *Liegautis de Pont*, hac interposita conditione, ut si quid in utrolibet concambio haberetur cujuslibet exactionis, unaqueque ecclesia suum concambium in liberum allodium deliberaret, vel quod haberet propinquiùs alteri ecclesie, interim mutuaret. Certa etiam diffinitione est statutum, ut si predictus Urricus, vel ejus successores demitterent premonstrate ecclesie denominatum censum, illa pars feodi censui determinata, cederet eidem ecclesie cum certo concambio in liberum allodium. Si autem pro forisfacto eorum ecclesia de Villeirselve feodum illud sibi vindicaret, illa pars pro inquietatione fratrum et mutua ecclesiarum dilectione interim libera remaneret. Quod

ergo utrique ecclesie consulit necessitatis et fraterne deserunt caritati, communi assensu capitulorum nostrum decrevimus scriptum perpetuo confirmari et sigillis nostris tam privatis abbatum quam communibus capitulorum subsignari, et diviso cyrographo unaqueque ecclesia suam partem habeat cum alterius ecclesie sigillis.

Hujus rei testes sunt, quorum et dispositione factum est, predicte utriusque ecclesie amici : Dominus Bartholomeus, abbas Beatœ Mariœ de Ham, Goislenus, sacerdos ejusdem ecclesie, Symon de Montescurt. Robertus Rufus de Ham, Herlis, Robertus, filius Wifridi, Fratres sacerdotes capituli de Vilerselve : Macharius, prior, Stephanus, Wido, Petrus, Theobaldus, Willelmus. De assensu nostrorum capitulorum Vizeliacensis, Albricus abbas, Petrus prior, magister Gerardus, Radulphus sacrista, Premonstratensis Hugo abbas, Reinerus prior, Hardwinus sacerdos, Fulco, Hescilo, Alardus.

Actum est hoc anno incarnatione M° C° XXXV°, epacta IIII, indictione XIII, concurrente I.

Cyrographe sur parchemin, aux archives de l'Oise. Fonds S. J. de Prémontré. Lacs de parchemin. Sceaux enlevés.

III

Circà 1136. — Litteræ Petri, abbatis Cluniacensis, quibus concordiam inter Vizeliacense cenobium et Hamensem ecclesiam, de duobus ecclesiis coram Innocentio II, papa, factam, confirmat.

Petrus Dei, gràtia Cluniacensis abbas, universis Dei fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem.

Notum est volumus dilectioni vestre, quod inter Vizeliacense reclamant, questio est diutiùs agitata, que cum per justitiam vel concordiam non posset finem accipere, tandem a domino papa Innocentio Pisis (1) per apostolicas litteras utrique invitati venerunt. Ibique in presentia Domini papœ pace et concordia inter utrosque reformata, eadem controversia terminata est, ita ut deinceps Hamensis ecclesia ab omni reclamatione et inquietatione Vizeliacensis monasterii libera prorsus maneat et quieta. Et pro bono pacis ecclesiam de Candorro quam ecclesia Hamensis tenebat et ecclesiam de Fraxino quam Hugo cancellarius Simonis noviomensis episcopi ab eodem domino suo tenebat, concedente ipso Hugone, in manu ipsius episcopi reddi precepit et ipsis

(1) Le concile de Pise commença le 3 juin 1134. Il est daté de 1135, suivant le calcul prévu.

episcopus istis ecclesiis Albricum Vizeliacensem et ipse Vizeliacense monasterium investivit. Scire ergo nos volumus quod hanc pacem et concordiam, sicut in presentia domini pape Innocentii facta est, laudamus et confirmamus et a modo in perpetuum Hamensem ecclesiam ab hac reclamatione liberam fore concedimus et perpetuum silentium super hoc successoribus nostris judicemus. Vale.

Copie de D. Grenier, d'après les archives de l'abbaye de Ham. Bibl. nat. cop. 57-25. (1)

IV

1145. — *Charte de Gérard, seigneur de Ham, en faveur de l'abbaye d'Arrouaise.*

Ledit Gérard, avec le consentement de Marguerite, son épouse, et de Lancelin, son frère, donne à l'abbaye d'Arrouaise, l'eau et les pâturages sis entre Douilly et le moulin de Sancourt, confirmant ainsi le don fait auparavant par Odon le Vieux et Odon son père :

« ... Concedo preterea quod inter pontem de Dolli et molendinum et molendinum de Sœncourt, sclusam (2) vel molendinum nemini facere libebit ; exceptis monachis de Vileir Sylva qui si voluerint suum reedificare, poterunt in loco ùbi antiquitùs fuit. Nec plus levare poterunt molendinum quam antiquitùs fuit. Concedo etiam..., etc.

Charte extraite des Archives de Corbie, copiée par D. Grenier. — Mss Peigné-Delacourt.

V

Circa 1150. — *De mutatione quarumdam terrarum quas abbatia Præmonstratæ ecclesie mutuavit aliis abbatiis, scilicet Hamensis, Humbleriis, monachis de Villa Sylva.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego, Hugo Dei patientia abbas vocatus Prœm. ecclesie ejusdem loci fratrum conventus, omnibus tam prœsentibus quam futuris, notum fieri volumus quoniam Fratres

(1) Cette charte se trouve dans le Tome V du *Recueil des chartes de Cluny*, publié par M. A. Bruel, p. 840.
(2) *Sclusa*, écluse, barrage. V. Ducange, au mot *exclusa*.

B. M. de Humbleriis, *monachi de Villa Sylva* et quidam Galtherus de Othelli, quosdam terras nostris terris adjacentes et admixtas et *curiæ nostræ Bonolii* habebant propinquas....

(Ils font l'échange pour éviter des inconvénients et des discussions à l'avenir.... formules habituelles).

.... Sig. Hugonis, Prœm. ecclesie abbatis ; Radulphi prioris ejus et totius capituli ; et Machari et Theobaldi et alterius et *Guillelmi, prioris de Villa Sylva.*

— *Extrait du cartulaire de Hombliéres, registre in-4° de 40 f. aux Archives dép. de l'Aisne (H. 588). Ecriture du* XVII° *siècle, f° 55.*

VI

1204. — *De uno modio frumenti in grangia de Maigni quem dominus Sygebertus emit à priori de Vilerselve.*

Stephanus, Dei gratia Noviomensis Episcopus, omnibus qui présentes litteras inspexerint in perpetuum. Notum fieri volumus quod *Raignaldus, clericus de Magniaco,* in presentia nostra constitutus, *ecclesie Beate Marie* de *Vislari Sylva* in emendationem injuriarum quas ei intulit et dampnorum et in élemosinam pro remedio anime sue et antecessorum suorum, assensu et concessione *Mauduile, matris sui,* et *Arnulfi fratris sui,* unum modium frumenti ad mensuram noviomensem in grangia decime de Maigni singulis annis in festo beati Remigii percipiendum assensu et voluntate nostra in perpetuum, contulit et concessit. Ita quod quamdiù vir venerabilis Hugo, decanus noviomensis, vixerit, ipsa ecclesia in grangia domini de Maigniaco ad hereditatem ejus pertinenti, predictum modium integré recipiet. Post decessum vero ipsius decani, sepedicta ecclesia eundem modium frumenti in grangia decime de Maigniaco in perpetuum habebit. In hujus rei testimonium presens scriptum nostro fecimus sigillo roborari. Actum anno Domini M° CC° quarto.

Cartulaire du chapitre cathédral de Noyon, aux Archives de l'Oise, f° 181.

VII

1542. — *Administration de Théodore de Bèze.*

A tous ceulx qui ces présentes lettres veiront, Quentin Martine, conseiller du Roy à Noyon et garde du scel de la baillie de Vermandois.....

Comparut personnellement vénérable et discrète personne Maistre Pierre Caüet, prestre, chanoine de l'église N.-D. dudit Noyon, comme procureur spécial de noble personne maistre Déode de Bèze, prieur commendataire du prieuré au bois lés Villeselve, fondé de lettres de procuration..... qui a fait bail à Pasquette Dondel, y demeurant, du petit Vivier dépendant du Prieuré susdit contenant quatre setiers...

....Qui furent faites et passées audit Noyon, doubles et pareilles, ces présentes servant pour ladite preneuresse, ce 15e jour de Décembre 1542. Signé : De Montigny et le Manier, et sur le reply : de Pimont.

Cité par Levasseur, Annales de Noyon, p. 1182.

VIII

1542. — *Bail des dimes du Prieuré*

Arrêt donné au rapport de Mr Ferrand, le 3 juin 1628, confirmatif dans une sentence par moi (Louis Vrévin) rendue le 28 novembre 1626 au profit des Minimes de Chauny, Prieurs de Villeselve, annexé au Couvent desd. Minimes; contre Barbe Lefort, veuve de François Boullenger, où les 40 ans furent comptés pour la prescription...

Les raisons de cet arrêt sont :

1o Que les héritages de l'éviction desquels il s'agissoit, étoient de l'ancien *Domaine du Prieuré de Villeselve fondé par la reine Berthe femme du roi Pépin* — qui avoient été apparemment destinés d'ancienneté pour servir de clos, jardins, fossés et viviers à l'usage ordinaire des Religieux dudit Prieuré et partant inaliénables...

2o D'ailleurs, il paraissoit tant par écrit que par témoins, que *Jean Cauët* était *procureur et receveur pour Théodore de Bèze* lors Prieur du prieuré de Villeselve au temps de la prise par lui fait a cens et rente

desd. héritages en l'an 1542; comme encore de la *mauvaise administration dudit de Bèze*, par un bail à ferme par lui fait des dîmes dud. Prieuré, environ ce même temps, par anticipation de 6 ans avec avance du payement de 3 années par lui reçues, ce qui faisoit présumer que cette prise desd. héritages avoit été *faite contre les formes de droit*, attendu même la qualité dudit de Bèze qui, peu après, se rendit hérésiarque ; ce qui démontroit qu'il étoit de longtemps mal affectionné au bien de l'Eglise.........

Est ainsi à présumer de la clause insérée au contrat de la donation faite par led. Cauët desd. héritages à Barbazan Lefebvre et sa femme en l'an 1566, portant que pour toute garantie, il mit entre les mains dud. Lefebvre tous les titres faisant mention desd. héritages; que le bail à cens et rente dud. Caüet étoit entre les titres et que le défunt mari de lad. Lefort l'a eu aussi en sa possession après la mort dud. Lefebvre etc.

Extrait des Commentaires de la coutume de Chauny, par L. Vrévin. Ed^{on} 1728, p. 148.